



Praxis Avrea Qvotidianarvm Rervm Ecclesiastici Fori

In qua Variæ Iuridicæ Resolutiones ex approbatis traditionibus Doctorum,
atque diuersorum Tribunalium, præsertim Rotæ Romanæ, Decisionibus,
excerptæ, continentur; Opvs Qvatvor Partibvs Distinctvm

Continens Tertiam, & Quartam Partem: Quibus, hac nostra editione ab
innumeris mendis repurgata ...

Riccio, Giovanni Luigi

Venetiis, M.DC.LXXIV.

Praxis Insignia Canonicalia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98599](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98599)

tulit, ita Gayl. li. 2. practicarum obseruationum obseruat. 35. num. 8. & obseruat. 36. num. 3. & patet ex l. pupillus, §. incola ff. de verborum significat. vbi dicitur incola est, qui in aliquam regionem domicilium suum contulit, & in l. si patria C. de incol. lib. 10. vbi dicitur si in patria vxoris tuæ, vel qualibet alia domicilium definisti incolatus iure vltro te eiusdem Ciuitatis muneribus obligasti, & ex l. domicilium ff. ad municipale, & notat ibi glos. verbo incolas, vt ait domicilium facit incolas, vt etiam dicitur in l. Cines, & in l. si in patria C. de incolis lib. 10. Afferunt Socinius in cap. licet ratione de foro competent. n. 8. Gayl. in obseruat. 35. n. 3. Nouarius in Praxi elect. & variat. fori quaestione, sect. 3. in antiqua impressione Neapolitana.

Et certum est, vt alias dixi, vagum non habere domicilium certum, vt per Nouarium, qui alia adducit in pragmatica Regni 1. de Vagabundis.

PRAXIS ERECTIONIS NOVARVM Dignitatum.

RESOLVT. CCCLXI.

- 1 Papa creat nouam dignitatem Ecclesiasticam.
- 2 Episcopus, & Canonici creare possunt dignitatem solitam in Ecclesijs.
- 3 Nouus Canoniorum numerus constitui potest ab Episcopo.

Episcopus, & Canonici an possint creare nouam dignitatem in Capitulo.

- 1 Regulariter creare omnino nouam dignitatem Ecclesiasticam spectat solum ad Papam c. 1. 22. distin. Abb. & Dec. in c. cum accessissent de consue. tit. 2.
 - 2 Tamen Episcopus, & Canonici possunt creare in sua Ecclesia dignitatem solitam in Ecclesijs, vt est Archidiaconatus, & Presbyteratus dummodo pro tali dignitate dos constituatur d. cap. cum accessisset, vbi Canonistæ, & in specie Abb. num. 4. Felyn. nu. 14. Dec. num. 9. Corneus consil. 193. num. 19.
 - 3 Indè Nouarius forens. quaest. 24. nu. 4. tom. 1. affirmat licere Episcopo constituere nouum Canoniorum numerum, & ita etiam dicit de dignitatibus nouis c. in Ecclesia de consue. c. quoniam de vita, & honest. Clericorum, Selua de benefic. quaest. 23. num. 16. par. 2. Episcopus Minorum, in Praxi Episcopalis, in verbo Episcopus vers. decimo septimo.
- Declarat autem Maur. allegat. 59. lib. 1. quod si in eadem Ecclesia non adsit certus, & determinatus numerus Canoniorum, tunc quamuis Superior possit novos creare Canonicos, ex qua noua creatione inducitur nouum ius Canoniarum, id tamen intelligitur, vt dictus Superior paucos, & moderatos Canonicos creare possit absque præbendis, sed multitudinem nouorum Canoniorum creare prohiberetur, & hoc circa numerum Canoniorum de nouo creandorum remittitur arbitrio Episcopi, vt punctualiter docuit Abb. in c. dilectus col. 3. vers. in eadem glos. ibi, sed nunquid in titul. de præbendis, & idem Abb. in c. vacante in vers. circa materiam eodem titulo.

RESOLVT. CCCLXII.

- 1 Taciti, & expressi eadem est virtus.
- 2 Tacitum resultans ex expresso, cessat cessante expresso.
- 3 Consensus expressus Episcopi requiritur in erectione novarum dignitatum.

In erectione novarum Dignitatum an sufficiat tacitus Episcopi consensus.

Certum est, quod in erectione novarum dignitatum requiritur assensus Episcopi, loci Ordinarij, vt supra dictum est, sed num talis consensus sufficiat, quod sit tacitus hic inquirendum est.

- 1 Et quidem videtur pro affirmatiua parte respondendum ex illa vulgata regula, quod taciti, & expressi eadem est virtus, idemque iudicium l. cum quid vbi Doctor. ff. si cert. petat. l. fin. ff. deleg. 2. inò tacitum operatur plusquam expressum in multis casibus, vt per Cardin. Tulch. conclus. 11. lit. T. affirmans conclus. 12. quod tacitum resultans ex expresso cessat cessante expresso per text. in l. 3. §. fin. ff. de seruic. rusticor. prædior.
- 2 Sed his non obstantibus totum contrarium est verius, quia consensus Episcopi in hac materia debet esse expressus nec sufficit tacitus, vt post Abbat. in cap. cura in fine extra de iure patron. affirmant Ferret. consil. 343. num. 3. & consil. 345. num. 5. quos sequitur Sbroz. in tract. de officio, & potest. Vicarij quaest. 31. num. 8. lib. 2.

RESOLVT. CCCLXIII.

- 1 Identitas eadem est Vicarij, & Episcopi.
- 2 Autoritas Vicarij Episcopalis non sufficit in erectione novarum dignitatum.
- 3 Vicarius Episcopi non potest creare nouum beneficium in Ecclesia.

In erectione novarum dignitatum Num sufficiat authoritas Vicarij Episcopalis, maxime si Episcopus sit absens.

- 1 EX consil. Portij 99. num. 43. deducitur sufficere authoritatem Vicarij Episcopalis, quem dicit ipse posse interponere suam authoritatem in creatione dignitatis ratione identitatis quam habet cum Episcopo, cum quo facit idem consistorium, illique associatur in iurisdictione, Nouar. forens. q. 93. n. 3. tom. 1.
 - 2 Ceterum totum contrarium videtur verius, quando habet speciale mandatum ad id agendum, nam regulariter Vicarius Episcopalis absque speciali mandato non potest interponere suam auctoritatem in creatione dignitatis, vt probat Dominicus post Ioan. de Deo in c. fin. de offic. Vicar. in 6. Federic. de Sen. consil. 164. Lap. alleg. fin. Calder. consil. 3. de offic. Vicar. Ferret. consil. 324. n. 4. & plenius consil. 343. refert, & sequitur Sbroz. de officij Vicarij lib. 2. quaest. 31. nu. 4. vbi n. 6. ampliat etiam si Episcopus esset absens a Ciuitate, vel Diocesi, vt respondisse contra Vicarium Vicentium fatetur Ferret. d. consil. 327. num. 6. ea ratione, quia absentia Episcopi non amplificat facultatem Vicarij, nisi in casibus a iure expressis, Franc. in c. 2. col. 3. de offic. Vicar. in 6.
 - 3 Quod dicit verum Sbroz. loco citato nu. 9. etiam si Vicarius habere mandatum cum expressione aliquorum specialium, secuta clausula generali allegat Ferret. pluries cit. consil. 327. num. 7.
- Et facit pro corroboracione, quia Vicarius Episcopi nequit creare nouum beneficium in Ecclesia, sicut nec conferre sine speciali mandato, vt probat Ioan. Andr. in c. fin. de offic. Vicar. in 6. vbi etiam Franc. colum. 2. quaest. 2.

PRAXIS INSIGNIA CANONICALIA.

RESOLVT. CCCLXIV.

- 1 Insignia dantur Canonici ob dignitatem.
- 2 Signum

- 2 Signum ostendit signatum.
 3 Res presumitur illius, cuius est signum.
 4 Stigillum appositum in scriptura facit presumere consensum illius, cuius est sigillum.

Insignia quare concedantur Canonici.

- 1 **N**ouarius forens. quæst. 24. n. 15. tom. 1. docet Canonici dari insignia propter dignitatem, quam habent, & præminentiam supra alios Clericos simplices, unde ut dignoscantur à cæteris aliquod signum habere debent.
- 2 Signum enim ostendit signatum l. stigmata C. de Fabricen. li. 12. l. 1. §. si intelligatur ff. de edilit. edict. sicuti stigmata ostendunt militem, Habitus Clericum, Toga officialem, Cuculla Monachum, & Marca Mercatorem, Bart. in c. causam n. 2. de probat. ubi etiam l. Dec. & Felin. n. 4. & res præsumitur esse illius, cuius est signum quo signata est, ut latè per Annam alleg. 110. Menoch. de præsumpt. lib. 3. quæst. 34. Nouarius in tract. de elect. & variat. fori quæst. 43. nu. 5. & seq. sect. 2. in vltima impress. Neap. ubi etiam concludit, Furiosum quem præsumi ex signis furoris, & ideo Marat. in cõf. 129. affirmavit per signa probari, quod animal sit aliquis, ut ita in proprijs terminis tenet Luc. de Pen. in l. stigmata col. 2. C. de Fabricen. lib. 11. ubi dicit ista formalia verba videlicet, & nota hic argumentum, quod si quis agit pro boue, vel equo mercato merco gregis suis licet non probet dominum, tñ sufficit sibi probare, quod illo signo suo mercatus sit reperitur, eius enim res esse videtur cuius signo signata est, & hoc idem tenet ibi Bart. & Angel. qui dicunt sufficere ad probandum in fauorè petitis animal, probare, quod est signatus signo suo, & hoc in simili tenet Bar. in l. cum in diuersis ff. de relig. facit text. & ibi Doct. in l. decernimus C. de aqueductu lib. 11. quorum Doct. hæc est intentio, quod solum signum non arguit de necessitate dominium, cuius probatio est difficilis, & debet fieri per strictiores probationes, ut not. Bart. in l. quidam in suo ff. de condit. instit. tamen inducit præsumptionem in fauorem habentis signum per quam potest obtinere.
- 4 Item facit, quia per sigillum appositum in scriptura præsumitur consensus illorum, quorum est sigillum l. tribunus §. 1. de milit. testam. Gabriel. latè conclus. 4. de præsumpt. Viuius decif. 54. ubi n. 2. quod ex sigillo probatur mandatum ex Innocent. in c. quoniam contra de probat. Card. in clem. 1. in princip. de procur. unde fides vniuersitatis, in qua illius sigillum appositum reperitur ut publicum plene probat Bald. in l. si qua per calumniam col. fin. C. de qua Episc. & Cleric.

RESOLVT. CCCLXV.

- 1 Insignia à quo dentur Canonici, & n. 2. & quid ubi tractatur de Canonici super numerarijs num. 3.

Insignia Canonici An possint dari ab Episcopis locorum Ordinarijs.

- 1 **E**go ipse in decif. Curia Archiepiscopali Neapol. 333. par. 3. fui in opinione insignia non posse dari Canonici ab Episcopis locorum ordinarijs.
- 2 Verum post mea scripta eleganter quidem Nouarius forens. quæst. 24. tom. 1. totum contrarium probauit, respondendo meæ opinioni, quod loquor ibi in causa Hebdomadariorum Archiepiscopatus Neapolitani, qui cum non habeant dignitatem merito dicit ipse, in tali casu fuisse necessarium implorare auctoritatem ab Apostolica Sede.
- 3 Quam opinionem si sequi velis, poteris illam declarare non habere locum, quoties Episcopus crearet Canonicos supernumerarios, nam illis insignia deferre, &

Aloys. Ricc. Prax. Pars IV.

habitum Canonicalem assignare in præiudicium antiquorum Canonorum non valebit, ut in proprijs terminis rescripisse Eminentissimum Cardinale de Mōte Nomine Sacra Congregationis, refert nouissimè Nouarius in tract. de elect. fori quæst. 35. nu. 10. sect. 4. & ita reperi fuisse aliquandò decisum per sacram Congregationem Eminentissimorum, & Reuerendissimorum Cardinalium, cuius quidem declarationis verba hic transcribere volui, & sunt quæ sequuntur, videlicet.

Sacrorum Rituum Congregatio in vna Hydruntina 1. Septembris 1612. & in alia Brundusina 10. Nouembris eiusdem Anni respondet non licere Episcopis inuolare, mutare, vel concedere signum, seu habitum Canonicalem in præiudicium antiquorum Canonorum, sine expressa Sedis Apostolicæ licentia, Io. Baptista Rinuccius Secretarius.

RESOLVT. CCCLXVI.

- 1 Exemplis non est iudicandum.
 2 Membra non debent recedere à suo capite.
 3 Nouitates in iure sunt odiosæ, & illi fauere non debemus.
 4 Variatio in iure dicitur odiosa.

Insignia Canonicalia An possint mutari ab Episcopis præter stylum Curia Romanæ.

Cum quidam Episcopus intenderet mutare insignia suis Canonici præter stylum Curia Romanæ voluit à me scire, si id licet agere potuisset, & quidem pro parte affirmatiua urgebat illud axioma, quod exemplis non est iudicandum, sed legibus l. nemo Iudex, §. non enim in verbo non exemplis, & ibi Sal. & Doct. C. de sentent. interlocut. Bald. in rubric. C. quæ sit longa consuetudo, Afflict. in constit. Regni ut de successione col. 7.

- Cæterum re melius perpenſa totum contrarium cõsului, nam cum caput omnium Ecclesiarum sit Romana, ab illa qualibet altera Ecclesia debet se regulare tanquam ab ipsa dependentia, non debent enim membra recedere à suo capite, & stylum Curia Romanæ pro lege haberi debet in Ecclesijs inferioribus, maxime ubi est longeuus stylum, si quidè obseruatiua Curie, & longeuus vsus causari pro lege absque scrupulo allegari potest, Clem. sapè §. & quia, & ibi Cardin. Florët. q. 6. de verb. signif. Afflict. decif. 79. decif. 135. 243. & 391. Eugen. conf. 42. inde in Regno stylum Sacri Cõcilij, tãquã superioris Tribun. vim legis obtinere, latè probat Caraut, in Rit. M. C. V. 1. sub n. 23. & Rit. 260. n. 7.
- 3 Item facit, quia mutatio insignium operatur nouitatem, quæ nouitates in iure sunt odiosæ, & multa incommoda pariunt, & ideo semper euitandæ, Cephal. conf. 583. n. 34. volum. 4. Anchar. consil. 157. Neuizan. consil. 11. ubi firmat, quod nouitas in homagijs induci non debet, & tentans nouitates debet reprehendi cap. quis nesciat 11. dist. & nouitatibus, ideo fanere non debemus, Nouell. regul. 109. ubi ad plura infert, taliter quod non sunt audiendi tẽtantes subuertere antiquos modos regiminis Ciuitatum, ut per Bald. in l. in rebus, ff. de constit. Princip. minime enim mutanda sunt, quæ semper eandem habuerunt interpretationem, & vsus l. minime ff. delegat. Glos. in c. 1. §. præterea in fin. de c. Conrad.
- 4 Et variatio in iure adhuc est odiosa, & doli mali plena, & semper restringenda, Nouarius in suo vtili tract. de elect. & variat. fori q. 3. num. 2. sect. 1. in secunda impress. Neap.

Nec tenendo hanc opinionem obstat, quod exemplis non est iudicandum, nam ista regula cessat in exemplis & stilo Curia Romanæ, Mendoza in tract. de benef. incompatibil. cap. 1. num. 37. par. 2. quia in tali casu, videtur esse exemplum Principis, quod seruari de-

N n bet

bet pro lege, & facit ius quo ad omnes, & iuxta illud est seruandum, vt latissime per plura media probat Vinius decis. 91.

PRAXIS ANTICIPATIONIS

Solutionis non faciendę in locationibus Rerum Ecclesiarum in pręiudicium Successorum.

Ex Concilio Trident. sess. xxv. cap. xj. de Refor.

RESOLVT. CCCLXVII.

1 Dispositio Sacri Concilii Tridentini refertur.

Quid disponat Concil. Trid. circa anticipatam solutionem locationis Bonorum Ecclesię non faciendam successoribus.

1 Circa presentem materiam Sacrum Conciliū Tridentinū sessione 25. c. 11. de reformatione prohibendo huiusmodi anticipationem solutionis his vtitur verbis.

Magnam Ecclesię perniciem asferre solet, cum eorum bona representata pecunia in successorum pręiudicium aliis locantur, omnes igitur distę locationes, si anticipatis solutionibus fient, nullatenus in pręiudicium successorum valida intelligantur, quocumque indulto, aut privilegio nō obstante, nec huiusmodi locationes in Romana Curia, vel extra eam confirmantur. Non licet etiā iurisdictiones Ecclesiasticas, seu facultates nominandi, aut deputandi Vicarios in spiritualibus locare, nec conductores per se, aut alios ea exercere, aliterque concessiones etiā a Sede Apostolica factę surreptitię censeantur; locationes verō rerū Ecclesiasticarū, etiā auctoritate Apostolica confirmatas sancta Synodus irritas decernit quas a triginta annis circa ad longum tempus, seu vt in nonnullis partibus ad viginti nouem, seu bis viginti nouem annos vocant factas Synodus Prouincialis, vel deputandi ab ea in damnum Ecclesię, & contra Canonicas sanctiones contractas fuisse indicabunt.

RESOLVT. CCCLXVIII.

- 1 Locatio anticipata solutione an sepe pręiudicet successor.
- 2 Solutio anticipata locationis si sit verē conuersa in vtilitatem Ecclesię an successor teneatur stare locationi.

Solutio anticipata si sit verē conuersa in vtilitatem Ecclesię an noceat successor.

1 Si successor in beneficio teneatur stare locationi factę per prędecessorem nomine Ecclesię, vbi fuerit facta anticipata solutio, & conuersa pecunia in vtilitatem Ecclesię, Doctores de iure communi dicunt successorem teneri stare locationi, quando probatur pecuniam receptam per prędecessorem fuisse conuersam in vtilitatem Ecclesię, ita Anchar. in consil. 116. Geminian. consil. 17. Alexand. consil. 160. vol. 6. Abb. in disp. 3. Decian. respons. 14. n. 10. lib. 2. Ferretus consil. 151. lib. 1. Nouarius in opusculo noui iuris Pontificii concl. 1. n. 3. de locat. rerum Eccles.

2 Sed difficultas oritur hodie Concilium Trident. dū annullat locationes factas anticipatis solutionibus in pręiudicium successorum c. 11. sess. 15. de reformat. nihilominus, quando notoria esset necessitas Ecclesię, vt si rueret nisi pecunia pro reparatione inueniretur, quo casu etiam successor teneretur, tunc non videtur tractari de pręiudicio suo, nam hoc casu si contrahe- ret debita, successor teneretur c. 1. de solutionibus dū modo sit notorium, & manifestum. Nam Concilium Tridentinum videtur obuiare fraudibus, quare admitti posset hęc opinio in casu manifestissimę necessita-

tis Ecclesię, salua declaratione Sacrę Cōgregat. Cōcilii Trident. ad quā recurrere poteris pro vera resolutione, & vide Nouariū forensi. q. 62. n. 7. & seq. tom. 1.

RESOLVT. CCCLXIX.

- 1 Prælatus vbi tenetur stare locationi, potest de nouo exigere a conductore pensionem.
- 2 Facto alterius quis grauari non debet.
- 3 Factum vnius non debet alteri nocere.

Facta solutione anticipata prędecessori, an successor possit de nouo exigere pensionem a conductore.

1 IN casibus, in quibus Prælatus tenetur stare locationi ni Prędecessoris, potest de nouo exigere a conductore pensionem prędecessoris anticipatę solutam, Gigas de pension. quęst. 88. Tusc. concl. 419. n. 15. lit. L. Surdus decis. 326. n. 79. firmans n. seq. Pręlatum sciētē repudiaturum Pręlaturam, non obligare successorem, etiam si nomine Ecclesię faciat locationem, licet conductor poterit habere recursum contra hęc locatōis, si forte fuerint soluendo iuxta regul. l. pro hereditariis C. de hered. A. & Pereir. de empt. ca. 25. nu. 6. Barbo. in l. si filio famil. §. final. nu. 21. ff. solut. matrim. refert Nouarius in opusculo noui iuris Pontificii concl. 1. de locat. rerum Ecclesię in fin.

2 Et ad comprobationem confert primo, quod factō alterius nemo debet pręgrauari l. si quis in suo legis C. de inoffic. testam. Surd. consil. 173. n. 84. Alieno factō nullus oneratur l. in causā ff. de procurat. Et alieno factō ius alterius non mutatur l. nam satis §. fin. ff. quem a suo feruit. ammitt.

3 Et factum vnius non debet alteri nocere l. si vnus. §. ante omnia ff. de pactis l. de pupillo §. si plurimū, ff. de nou. oper. nunciat. l. pater famil. ff. de hered. instit. l. nō debet alteri, & ibi Dec. ff. de regul. iur. l. cohæredi C. familię Herciscund. l. hæredes §. in illa ff. eodem l. debitorū pactionibus, C. de pactis, & argumen. text. in l. id, quod nostrum ff. de regul. iuris facit l. trāsfactione matris, C. de trāfact. l. post certis C. de liberali causa, Menoch. consil. 346. n. 26. Surd. decis. 102. n. 1. & consil. 22. nu. 29. & factum alterius non debet nocere ei qui nihil fecit dict. l. de pupillo, §. si plurimum, Farin. p. 4. consil. 65. n. 100.

RESOLVT. CCCLXX.

- 1 Confessio est probatio omnibus melior, & omne genus probationis superat.
- 2 Confessio facta a prędecessore, quādo pręiudicet successor.
- 3 Alius gestus in morte non pręiudicat alteri de cuius pręiudicio tractatur.
- 4 Confessio gratuita Abbatis non valet in pręiudicium Monasterii.

Quietatio facta conductori Bonorum Ecclesię a prędecessore in Mortis articulo, Num successor pręiudicet.

1 QVamuis confessio Pręlati valeat ad liberandum, ita quod pręiudicet successor, vt notatur in c. de Constantinopolitana 22. distinct. quasi quod confessio sit probatio omnibus melior l. cum a matre C. de rei vendic. l. generaliter C. de non n. pecun. & ideo omne genus probationis superat, & semper admittitur, etiam vbi alię probationes non admitterentur, vt per Marant. in praxi p. 6. art. 5. n. 25. Surd. consil. 60.

Tamen quietatio facta conductori bonorum Ecclesię a prędecessore in mortis articulo, non pręiudicat successor in mortis articulo, ex decis. Afflicti. 168. vbi refert decisum confessionem, & quietationem factam per Abbatissam Sanctę Marię de Capua suo Procuratori